Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31296
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



73

non poteris ardorem istum sustinere nec
ad palmam pervenire beatam. Oportet ut
te viriliter omnia pertransire et potenti
manu ubique adversus obiecta stare.
Nam vincenti datur manna et torpenti
relinquitur multa miseria. Si quieris
in hac vita requiem quomodo tunc invenies
ad eternam requiem? Non ponas te ad
multam requiem sed ad magnam patienciam
quere vera pace non in terra sed in celis
non in hominibus nec in cetis creaturis
sed in deo solo. Pro amore dei debes
omnia libenter subire. Labores scilicet dolores. temptaciones. vexaciones. anxietates. mutaciones. infirmitates. iniurias. ob locuciones. reprehensiones. humiliaciones
confusiones. correctiones et despectiones.
Hec iuvant ad virtutem. Hec probant verum
tyronem. Hec fabricant celestem coronam.
Ego reddam mercedem eternam pro brevi
labore et infinitam gloriam pro transitoria con
fusione. Putas tu quod sine habebis pro
tua voluntate consolaciones spirituales
sancti mei non sine habuerunt tales. Sed multas
gravitates et temptaciones varias. ma
gnasque desolaciones. Sed patienter sustinu
erunt se in omnibus et nunquam confisi sunt deo quia